



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 2. Præclarum Regis facinus erga quamdam Puellam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

tus esset, quod firmiter statuerit, ac optante Dei gratia speret, se nunquam ul-
ulum peccatum lethale commissurum, Sæcul. XV. A C. 1498.
imo dicebat, se toto corde exoptare, ut
minora etiam piacula penitus effugere
posset.

§. II.

*Præclarum Regis facinus erga quam-
dam Puellam.*

Proborum iudicio tam exoptata Regis
mutatio adscribitur luculento conti-
nentiæ specimini, quod ultimo Astæ com-
morans ediderat: ibi enim, cum sero
vespere de more sese in cubiculum suum
reciperet, invenit adolescentulam incre-
dibili venustate insignem, quam Regis
famuli ad obscænas ejusdem volupta-
tes turpe ministerium conferentes in cu-
bile regium introducebant: Hæc coram
B. Virginis imagine, quam in quodam
angulo lectum inter & parietem forte
conspexerat, in genua procumbens, tota
lacrimis diffuebat; Rex plorantem re-
periens, doloris causam sciscitatur, illa
vero per eam, quæ in hac imagine ex-
primeretur, quæve, si Virginitatis jactu-
ram fecisset, nequidem Dei Mater esse
voluisset, efflictim Regem obtestatur, ut
pudori ipsius consuleret, addens, se ur-
gente

Sæcul XV.
A.C. 1498.

gente extremæ paupertatis necessitate
cuidam ex regiis famulis pro turpi quæ-
stu a suis parentibus divenditam fuisse.
Puellæ vicem Rex vehementer dolebat,
atque aliunde ex ingenua, ac simplici
Virginis indole veritatis testimonium col-
ligens interrogat, an nunquam hactenus
cujusdam honesti Viri nuptiæ eidem
fuisent oblatae; cum vero illa quemdam
Astensem mediocris fortunæ civem no-
minaret, Rex illum protinus unacum fi-
liæ Parentibus accersiri jubet, & ipse cum
illis de connubio, ac dote paciscitur,
eamque illi ante nuptias numerat, pium
tamen opus religiosa taciturnitate ce-
lari jubet. Ab illo temporis articulo
mores suos corrigere, ac Clerum ad re-
ctam vivendi normam reducere serio
cogitavit, necnon ab usum, quo simul plu-
ra possidebant beneficia, quantum in ipso
erat, tollere conatus est; cumque antea
in turpem verborum obscænitatem pro-
nus dilaberetur, jam adeo linguam suam
coercebat, ut ea non uteretur, nisi ad
verba, quæ sanctum Dei timorem, ac
tenerum populi sui amorem exprime-
rent.